



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118642**

§. 97. Catholici ab Angliæ Regina Elisabetha dire vexati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](#)

scessum moreretur. Hic quamvis tam **Sæcul.XVI.**  
probitate, quam prudentia clarus esset,  
**A.C. 77.**  
nativa tamen timiditate sua semper ad  
capessenda heroica consilia minus aptus  
reddebat: porro morienti adstitit  
Pomponius Belleureus Cancellarius,  
suis in paucis carus amicus, qui eundem  
quoque in Fratrum Franciscano-  
rum templo Blesis terræ mandari cu-  
ravit, prout ipse caverat testamenti  
tabulis, quas idem Belleureus exequi  
rogabatur.

### §. XCVII.

*Catholici ab Angliæ Regina Eliza-  
betha dire vexati.*

Hucusque Elisabetha Angliæ Regina **Thian. l. 64.**  
Catholicos non adeo severe habe- **Sand. de**  
bat, cum vero omnino sibi persuaderet, **Schism.**  
quod Guisii inscio Hispaniæ Rege con- **Angl. l. 3.**  
nubium inter Joannem Austriacum, & **Camden in**  
Mariam Scotiæ Reginam conciliare, ac **vita Elis.**  
conjurati præprimis Manniam Scotiæ **Spond. hoc**  
Insulam occidentem versus sitam occu- **ann. 8. II.**  
pare niterentur, postea autem per Cum-  
briæ, Lancastriæ, Cicestriæ, & Novæ-  
Valliæ Comitatus exscensione facta in  
Angliam irrupturi, atque per univer-  
sum Regnum seditionis vexillum ere-  
cturi essent, hinc suarum partium esse  
arbitrabatur, ut horum molitionibus  
obviaret, legesque, quas eidem carna-

D 2

lis

**Sæcul. XVI.** Iis prudentia adversus Catholicos dictabat, omni severitate executioni mandari juberet: eapropter, cum antea Magistratus sacra Mysteria in Catholicorum ædibus celebrari tolerarent, nunc hi omni crudelitate Catholicos di exare præcipiebantur, atque inter hosce innoxios primus martyrium subire cogebatur quidam Sacerdos, nomine Cuthbertus Magneus, qui capite damnatus mortis suppicio Corisopoti in sancti Stephani pago affectus est, ubi alius etiam quidam Nobilis nomine Trugonus, apud quem hic Sacerdos habitabat, proscriptis omnibus suis bonis ad perpetuos carceres damnabatur.

### §. XCVIII.

*Isemburgo Comiti Colonensem Archiepiscopatum cedenti Gebhardus Truchseßius subrogatus.*

*Thuan. l. 65.* **H**oc anno Coloniensis Archiepiscopatus vacabat; Salentinus enim Isemburgicus Comes, & Paderbornensis Episcopus, non ita pridem erat præfatus urbis Archiepiscopus electus, ubi amplissimas ditiones, & arces quasdam, atque oppida, quæ ab Antistitibus decessoribus ejus alienatæ, & oppignoratæ fuerant, pretio persoluto redinebat, atque sic optime de collegio illo